Baldi index in comment.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM OMNIVM
AC SENTENTIARVM
Memorabilium,

367 4

QVÆ IN BALDI VBALDI COMMENTARIIS
Ad libros Digeſtorum, Codicis, & Inſtitutionum,
necnon in Tract. de Pactis, & Conſtituto
continentur,

Serie Alphabetica ita in ſtudioſorum gratiam accuratè diſpoſitus, & repurgatus, vt nihil ſupra deſiderari queat,

Cum PAVLI LANCELLOTTI, Iur. Vtriuſque Conſulti Peruſini Apologia, in ipſius BALDI detractores compoſita.



VENETIIS, M DC XV.

Apud Hæredes Georgij Variſci.

Ex libris Evangelistæ Antonini Arminii

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas

IOANNIS PAVLI LANCELLOTTI
IVRECONSVLTI PERVSINI,
APOLOGIA IN DETRACTORES BALDI VBALDI PERVSINI,
Iuriſconſultorum facile Principis.

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Ad Petrum Vbaldum, Petri abnepotem,

NON minus ſumma, atq; inueterata iam pridem inter nos amicitia, quàm perpetua quædam mea erga familiam tuam obſeruantia efficit, vt diutius ferre non poſſim vetuſtam quandam, ac peruulgatam quidem, ſed ineptam omnino, ac valde ridiculam de BALDO veſtito, imò & noſtro, apud homines, ex fabula quadam, inſitam opinionem: aiunt enim cum aliquando ſibi cum BARTOLO diſputandum eſſet, & certam quandam ſententiam defendere conaretur, idque parum ſibi procederet, & ſuccumberet, cum nullis alijs rationibus partes ſuas tutari poſſet, ad inſpectionem Codicum, & legis ipſis, vnde fons diſputationis deriuabatur, Bartolum prouocaſſe. cũque multos inſpexiſſent, atque adeo Codicem ipſius Bartoli, omnes pro Baldo ſtare: quod quidem cum ipſi Bartolo, valde nouum accidiſſet, & propè miraculo proximum; cum ipſe ſententiam ſuam non ſolùm rationibus, verum etiam proprij Codicis authoritate tutaretur, diligentiore perueſtigatione habita miſſis Piſas vſque, qui vetuſtiſſimum Pandectarum Codicem ſuper loco ipſo inſpicerent, compertum fuiſſe, tum Piſanam literam Bartoli ſententiam comprobare, tum Baldum ipſum clam dediſſe operam, vt omnium Codicum, qui tunc in Peruſina Ciuitate haberentur, copia ſibi fieret, atque ex omnibus, vel literam N, vel dictionem NON. deleuiſſe, vel vt alij volunt (valde enim variè fabula hęc traditur) addidiſſe: quare illum quaſi falſarium comprehenſum, & tanquam de falſario ſupplicium ſumptum; vel, vt alij volunt, eius manum fuſtib. cęſam, vel, vt alij, eius librum fuſtigatum; vel, vt alij volunt, quòd fuiſſet fuſtigatus, niſi ob excellentẽ eius doctrinam fuiſset a Bartolo defenſus, ex tenore l. ad beſtias. ff. de pœ. quare indignatũ illum Ticinũ ſeſeciſſe, vſurpantẽ illa Scipionis Africani verba, INGRATA PATRIA NON HABEBIT OSSA MEA. Hæc in ſumma eſt fabula, quã vulgus in ignominiam Illuſtriſſimi Iuriſconſulti, & omnium quot vnquàm tempora tulerunt (Bartolum excipio) facile Principis, nullis certis actionibus ſibi confixit. Et adducunt (ſi Dijs placet) in teſtem huius facti Baldum ipſum, quem aiunt in commento eius legis, quam eum corrupiſſe prędicant, perſcribere hęc ipſa verba, PROPTER HANC LEGEM. EGO FVI FACTVS EPISCOPVS. per quę inquiunt illum fateri fuſtigatum ſe fuiſſe, quòd horum qui publicè fuſtigantur cartaceum quoddam capiti tegumentum ſoleat imponi, quod Epiſcopalem mitram intuentibus repreſentet, ad quod Baldum ipſum alludere voluiſſe. Quæ omnia quàm non ſint veriſimilia, quàm fatuè excogitata, & ſi ſine purgatione vlla, vel defenſione ſatis appareat, cum tamen rumor à multis iã annis inoleuerit, vt eos qui rem aliter cognitã non habent, nec curioſé conquirunt, facile vt credant inducere poſſit, pręſertim quòd homines facile ſunt in vitiũ creduli, exiſtimaui conuenire, vt Peruſinus Peruſinũ, Iuriſcõſultus Iuriſconſultorum Principem, vt non omnino malus, optimum virum a calumnia defenderẽ, & huius facti veritatem, quã licet in profundo deliteſcentẽ, temporis tamen filiam prædicãt in lucẽ elicerem. nec pati, vt qui optime non ſolum de Collegio, in quo ego multos iam annos sũ cooptatus, ac patria noſtra, verũ, & de vniuerſis mortalibus meritus eſt, nequiſſimus exiſtimetur, ac falſa infamia notetur. Id aũt (quicquid eſt, quod mihi circa eam rẽ venit in mentẽ ſcribere) propterea tibi deſtinandum duxi, quoniam cum nuper pręſtanti quodam auſu, atque animo infracto, quamuis grandis natu, & cõiugatus, ac multorum pater filiorũ, inter candidatos iuris ciuilis nomen dederis, facile fiet, vt inter cõmilitones tuos, aut quouſuis iuris peritos de ea re ſermo aliquando incidat: defenſione autẽ hac noſtra perlecta, facile (niſi fallimur) aſſequeris, vt famã clariſſimi hominis tã fœda labe inficere volẽtes, retũdere nullo negotio valeas, & ſi forte ſtili, ac linguę candorẽ, aut eloquẽtiam deſiderabis, candorẽ certe animi, ac ſedulitatẽ in perquirenda veritate, ac meam in te, ac familiam tuam, beneuolentiam atq; obſeruantiã facile agnoſces. Ego autem non mediocrem ex eo capiam voluptatem, tum quod me tibi, & tuis gentilib. rem non ingratam facturum mihi perſuaſerim, tum quod patronorum olim ſummum, mihi his temporibus in patrocinio recipere contigerit.

Source : BIU Cujas

ET,quoniam nulla mihi videtur validior pro Reo defenſio, quàm quæ ex obiectis,& ipſa accuſatione ſumi ſolet;Primum quidem ex his ipſis,quæ paſſim iactantur, Baldum ab hac calumnia defendemus. Deinde huius rei falſitatem manifeſtiſſimè oſtendemus. Vltimo loco inter quos altercatio huiuſmodi fuer it,planum faciemus. Huius igitur rei falſitatem illud primum arguit, quòd nullum certum habet auctorem, nec apud quemquàm id ſcriptum reperitur,ac qui falſum id affirmet, non vnum tantum inuenies,& haudquaquàm veriſimile eſt, maximum virum, vt omnium teſtimonio proculdubio Baldus fuit,teterrimum facinus perpetrare potuiſſe, atque ea de cauſa in ipſum animaduerſum fuiſſe, & interim tamen de ea re nullam ſcripturam, nullum publicum documentum, nullum denique monumentum, vel etiam priuati hominis ſcripturam extare:nam, vt omittam quòd in ipſum animaduerti non potuit, niſi prius prȩcedentibus legitimis indicijs contra ipſum Iudex inquiſiſſet, niſi ipſemet in iudicio, vel confeſſus,vel per legitimos teſtes conuictus fuiſſet,niſi ſententia lata fuiſſet, quæ rerum ſeries magnum exigit cumulum ſcripturarum,quarum nulla,vt omnia quæras,neque extat, licet diligentiſſime recondi ſoleant,nec auditum eſt ab aliquo ſeniorum vnquàm viſam, legi ego plures annaliũ libros, licet à priuatis hominibus etiam per centum annos ante Baldum natum ſcribi cȩptos, in quibus,& ſi omnia quæ in hac Ciuitate noſtra ſingulis diebus contingebant,etiam priuatorum hominum caſus diligentiſſime perſcripti ſunt, & multa etiam de ipſo Baldo legantur, putà Illuſtres legationes,mortis nuncium,funeris celebratio, & alia quædam, in eis tamen nec ſuſpicio quidem extat huius Baldo tam inhumaniter iniuſtæ infamiæ, nec tamen cogitet quis fuiſſe veteres illos ciues à ſcribendo deterritos, quód nollent aduerſum ſe Baldum ipſum prouocare, & ſibi infenſum reddere : nam cum prius delictum non potuerit eſſe,niſi luce meridiana clarius, & in plures ſcripturas publicas redactum, nemo vereri debuit, in libro ſuo,quem inter domeſticos parietes atque in ſinu continere poſſet,& vbi quȩ in dies in Ciuitate ſua quamtumuis minima accidebant, notabat,notiſſimum atque inſigne factum perſcribere,quando id,vt vulgo fertur,nec Baldus ipſe literis mandare recuſauerit. addo quòd, hoc fieri potuiſſe demus, id tamen Bartolus, vel alij eiuſdem tempeſtatis Doctores,aut etiam poſteriores,vi cuncta ferme ſuis ſcriptis, ac interpretationibus infarciunt,minime ſubticuiſſent, nec potuit omnino de tam magna contentione duorum Doctorũ omnium ſine controuerſia Principum, in qua vſque ad codicum multorum deprauationem deuentum eſſet, ſaltem ab ipſis Doctoribus ad illum ipſum contextum quem deprauatum à Baldo ferunt,mentio non fieri,ab ijs præſertim, qui vel fabulas ipſas ſuis ſcriptis admiſcere indecens non putent. cum ergo huius rei nullus appareat autor, rumor hic eſt de Baldo,non fama, eſt autem rumor,vt Oratoribus placet,ſermo ſine vllo autore diſperſus,cui malignitas initium dedit,incrementum credulitas,quod quidem nulli,etiam innocentiſſimo,non poteſt accidere, fraude inimicorum falſa vulgantium. Id autem non ſolum eſt,verum etiam ab omni veriſimilitudine omnino alienũ, aiunt Baldum omnes codices tunc Peruſiæ conſiſtentes deprauaſſe, atque adeo codicem ipſius Bartoli,ideoq; neceſſe fuiſſe,vt Piſas vſque mitteretur ad veritatem literȩ deprehendẽdam:ſed primum quidem cogitemus, an tam exiguus codicum numerus tunc Peruſiȩ fuerit, vt facile ac breui tempore potuerit deprauari,& plane conſtat(Paulo de Caſtro referente in l.in teſtamento.C.de impuberum & al.ſub.)quòd Bartolo publice profitente, ex omni Orbe multitudo Scolarium Peruſiã confluebant, appellantes illum Magnum Commentatorem; quem numerum (adiuncto pariter Baldo,Franciſco Accurſij,Franciſco Tigrini,Federico Senenſi, atque alijs Illuſtribus Doctoribus, Peruſiæ tunc profitentibus) augeri omnino oportuit. neceſſe eſt ergo, & Pandectarum tunc Peruſiæ ingentem omnino fuiſſe numerum,niſi forte putet quis potuiſſe iuuenes illius temporis ſine libris Iuri ciuili operam dare,deprauari autem omnes non potuerunt, niſi in occulto loco Baldo ipſi aliquando omnium codicum copia facta fuiſſet:cogitet nunc aliquis quàm veriſimile ſit, potuiſſe quemquàm omnium Doctorum,& Scolarium tunc Peruſiæ commorantium codices, ita clam,aut calliditate diſſimulata,de manibus tam multorum hominum recípere, vt omnino non longè antea fraus detecta fuerit,quàm exitum habere potuerit: nec enim minus ſaltem diecula apud deprauatorem vnumquemque codicem eſſe oportuit,ita vt ſi quis rationes diligenter ſubducat,non potuerit facinus huiuſmodi minus quàm biennij ſpatio patrari:nam (vt minimum dicamus) ſeptingentos codices omnino in Florentiſſimo tunc Gymnaſio noſtro eſſe oportuit,nec dicat aliquis,nõ omnes,ſed quoſdam tãtum deprauatos,nam & ita prædicant,& niſi omnes deprauati fuiſſent, niſi fuiſſet actum, nec Piſas vſque mitti neceſſe fuit, vt omittamus interea, quòd etiam ſi demus, po-

tuiſſe

Source : BIU Cujas

tuisse id facinus vel mense perpetrari, res tamen tanti erat periculi, in tam magno numero Codicum, vt nemo sanæ mentis id aggredi debuerit, propter magnam, & atramenti, & papyri diuersitatem,& abrasionis, & liturarum non vitandarum periculum, sed demus, & loci, & temporis, & modi Baldo suppeditatam opportunitatem, quamquàm omnino res reclamat, certe necesse est facinus perpetratum,aut post habitam cum Bartolo contentionem,aut antea:at quidem postea serum fuisset remedium pro opinione Baldi tuenda,si quidem,altercatione exorta,illico ad Codices recurri necesse fuit, nec integrum fuisset Baldo vel vnum codicem deprauasse; antea autem minimè est verisimile ita Baldum diuinasse, cum Bartolo præceptore suo, quem semper mirificè amauit, & honorauit,tam magnam sibi futuram simultatem,vt se tam arduo, ac graui perpetrando facinori accingere debuerit; neque id ex eo etiam omni caret verisimilitudine, quod quæstio, in qua Baldum à Bartolo dicunt dissensisse,non vsque adeo autoritatibus,& rationibus destituitur, vt non potuerit, etiam sine vlla deprauatione, egregiè defendi, præsertim à Baldo, qui tam singulari fuit ingenij acumine,vt cum is(refert hoc Paulus de Castro in l.instituta, §.fina. ff.de inoffic.testament.) puer adhuc Bartolum audiret,eidem more scolasticorum ita subtiliter, contra ea, *quæ ille* legendo firmasset,aliquando opposuerit, vt Bartolus stupefactus, & Baldi ingenium admiratus, recusauerit eadem die respondere: sed responsionem in diem sequentem distulerit: vnde eundem virum factum, non est verisimile adeo congressum Bartoli reformidasse, vt cum eo disputaturus ad codicum deprauationem,cum maximo existimationis, ac salutis discrimi ne decurrere sibi necessarium putauerit; & constat Baldum,& postquàm missum fuit Pisas, & semper eandem in ea controuersia tenuisse opinionem,& suos etiam hodie habere sectatores;quod vtique nõ accidisset, si ea sententia nullo nisi deprauationis prẹsidio defendi potuisset: nam deprehensa deprauatione omnes ab ea sententia desciuissent, quod vtique compertissimum est, non accidisse. Addo,quòd fabulæ ipsius varietas manifestam arguit falsitatem, nam (vt supra diximus) Baldum literam adiunxisse affirmant;quidam, deleuisse,quidam,non literam,sed dictionem;quidam,immutasse,& vnam loco alterius reposuisse; quidam,Baldum fugistatum; quidam, manum Baldi; quidam librum Baldi;quidam,nec ipsum,nec manum,nec librum, sed defensum ab ipso Bartolo, ob doctrinæ excellentiam,ita vt Proteus non se vertat in tam varias formas,quot recensetur modis hæc de Baldo fabula;credas homines hos,quis ingeniosius mentiri sciret,inter se certasse. Sed hæc omnia facile corruerent,si huius facti assertorem (vt calumniatores asserunt) Baldum ipsum habemus,quo nihil vnquam apud homines excogitari potuit non dicam falsius,sed stultius,nam (vt omittamus fieri non posse,vt scurrilia illa verba,quæ Baldum prẹdicant legi nescio cui præscripsisse,& grauis illa Magni Africani indignatio eiusdem sint hominis) quis tam a communi sensu abhorret, vt tam ineptè,tam fatue quam isti prædicant, sibi metipsi sempiternæ infamiæ notam inurere potuerit, & quod cæteri tempestatis suæ scriptores etiam Baldo forte parum amici subticuerint, ille literis scribendo immortalitati commendauerit? quid excogitari potuit insulsius, quam Baldo,hoc est homini supremi iudicij atque ingenij,id tribuere,quod quis vel ineptissimo tribuere non auderet, nempe vt summum dedecus, ac summam sibi per scelus partam ignominiam cæteris tacentibus ipse, etiam scurriliter & iocabundus literis mandaret, & in seipsum sæuiret, seipsum deluderet? Quid quòd omnes ita prẹdicant Baldum scripsisse,nemo locum allegat?Cum Romæ aliquando essem, & apud amicum quendam meum diuertissem, virum mulctæ lectionis, ac magna memoria prẹditum, incidimus in hanc de Baldo fabulam, quam tamen ille omni historia veriorem arbitrabatur;cui cum meras id nugas esse sedulò affirmarem,ac meæ sententiæ plura argumenta,& plures coniecturas adducerem,quomodo (inquit tum ille) hoc negari potest,cum Baldus ipse in illius ipsius legis interpretatione,quam deprauatur delictum agnoscens; fateatur eius legis gratia se factum Episcopum? tum ego illi,& si Baldi haud parum sim studiosius, & plura ab eo scripta legerim;id tamen in libris Baldi nunquam inueni,& ab ipso,an perlegerit percontor:affirmauit illico se legisse,& locum mihi statim ostensurum;fui(fateor)non nihil commotus,quòd vir putabatur multę lectionis,ac memoriæ;obsecro,vt mihi locum quem diutissime a me perquisitum nunquam inuenissem,ostendat:tum ille in bibliothecam se recipiens,sumptisque in manib.oper. Baldi,locum quẽ ad manus habere,& mihi se statim ostensurũ affirmarat, diu multũque perquisiuit,sed cũ nusquã inueniret, quẹrendo lassus suã mihi patefecit vanitatẽ: qui se id perlegisse, affirmaret,quod nusquã apud Baldũ reperiretur; Quanquã, ne si ostendisset quidẽ: mihi rei sic gestæ fidẽ locus ille feciset;nã quod a summi iudicij & prudentię homine; prout Baldus fuit abhor-

Source : BIU Cujas

reret,quantumuis id ſuis ſcriptis interſertum eſſet,à maleuolo tamẽ aliquo, vel bardo interiectũ arbitrarer, quemadmodum & ab hęreticis nonnullla erronea catholicorum libris aſcripta compertũ aliquãdo fuerunt,& ex phraſi, qui alienis operib. proprios titulos,vel aliena nomina proprijs operibus pręfigere ſunt auſi;deprehẽſi fuerũt.His accedit, q̃ Patria quę grauiſſimum ſui Ciuis flagitium tã indulgenter puniuiſſet, ingrata nequaquã appellari debuiſſet.Nec poſt turpiſſimam diſceſſionẽ in maximo honore apud Mediolanenſiũ Ducẽ, apud Romanos Pont. & cunctos Sedis Apoſtolicæ Antiſtites,atq; alios Chriſtianos Principes habitus fuiſſet; habitũ autem fuiſſe,non eſt dubitandũ, vt plura teſtantur eius monumenta,& pręcipuè diuinũ ab illo in cauſa Schiſmatis conſcriptum Cõſilium.Illud quoque ad cauſam non modicum facere arbitror,vt reputemus,qualiter poſt hãc ſententiam fuſtigationis erga Bartolum, Baldum affectum fuiſſe ſit veriſimile:& qualiter fuiſſe affectum conſtet:& quidem(vt ſunt homines ſui quã iuſtitiæ amantiores)quamuis ſibi iure inflictã pœnam Baldus agnoſcere debuerit; Bartolum tamen ipſum deprehenſorem delicti inſtigatorem, pęnæ demum omnis ſibi iniuſtæ infamię propemodum autorem, quaſi ſcopulum in quem impegiſſet,odio capitali proſequi debuit,& illi detrahendi occaſiones quærere,aut ſaltem de eo tacere, vel (quod nemo ſanus negabit)illum teſtimonio ſuo non ornare: quanto.n. Baldi aſſertione Bartolus præſtantior,tanto facinus a ſe perpetratum compertius,& manifeſtius:vel certè quę de Bartolo Baldus ſcripta reliquit,his minimè conſonant:nemo ſi quidem doctrinæ,ſubtilitatis,& bonitatis,ipſius Bartoli illuſtriora teſtimonia protulit quàm ipſe Baldus, vt commentaria Baldi legentibus paſſim apparet,vt tamen longæ inquiſitionis labor abſit,placet nonnulla ſub oculis legentium apponere ſcripta,ſ.poſt hanc ab iſtis hominib.commentam contentionem,ac primum in c. quoniam contra, colum.8.de prob.appellat Bartolum *Summum Doctorem ac Præceptorem ſuum*. idem in c. primo, de ſucceſſ.feud.in princ.colum.3.ponit hæc verba,*Fuit Bartolus ſubtilis homo et doctor meus*.idem in c.1.§.vaſallus,il 2.ſi de feudo defuncti;*Qui multum contulit ingenio meo,fuit Bartolus de Saxoferrato*. idem in l.edita.C.de eden.colum. pen. in rep.Padu. *Et fuit intentio Bart.de Saxoferrato Præceptoris mei illuſtris,qui illum tractatum morte præuentus reliquit incompletum,qui vltra quàm Legiſtis expediat cum intellectu volauit ad ea, quæ non poſſunt intelligi nec probari niſi per ſummos viros, qui cognoſcunt genus,et differentias*.idem in l.prima C.qui accuſarẽ non poſſunt,colum.4.*eſt opinio Bartoli,qui fuit multum inhærens practicæ & fuit aſſeſſor primo Tuderti,poſtea Piſis, & ibi tandem legere cæpit,deinde venit ad Ciuitatem Peruſiæ,vbi legendo optimus factus eſt*. in cõſulendo autem, nunc *Eximium*, nunc *Præclarum præceptorem ſuum* appellat,vt videre licet ex his, quæ congerit Iaſon in l.quidam cum filium,ff.de verb.oblig.nemo autem accuſatorem ſuum ita laudauit;nemo eũ, quo autore grauiſſimi criminis reus factus eſt, ita honorificè appellauit,nemo deniq; gladium, quo poſtmodum confodi poſſet,acuit,vnde ſatis ex his apparere poteſt, quãtum a veriſimili abſit,quod vlla vnquam inter hos Doctores ſimultas præſertim grauior,interceſſerit.Non ſum tamen neſcius, futuros aliquos,qui ex illis ipſis, quę dicto loco Iaſon aggerit,contendant,Baldum fuiſſe de Bartolo obloquutum, & propterea etiam ſibi parum æquum,quorum duo tantum afferuntur,quę huius rei fidem facere poſſunt:cętera.n.nec acerba ſunt,& ſalua amicorum gratia proferri potuerunt, præſertim apud Iuriſconſultos,penes quos nec filius parcit patri.vt in l.3.§. ſi quis quaſi. ff.de cond.ob cauſ.Primum eſt,q̃ Bald.in conſ.112.vol.2. dicit,*Bartolum rarò bene loqui*. Alterũ quod in *conſil*. 477.vol.4.dicit,q̃ *Bart.eſt vnus Doctorellus*, & quod *de talibus Doctorellis non eſt curandum in iudicando*.fateor me,antequam ſupradicta Baldi loca inſpexiſſem,& Iaſoni hæc aſſerẽti ſine vlla alia diligentiore perquiſitione crederem, non modo Baldum omnino aduerſus Bartolũ animo fuiſſe aliquando valdè alienato exiſtimaſſe, ſed ſtomachatum quoq; me,q̃ Baldus Bartolum,quem tã ſępe tam valdè laudaſſet, ſibi nihil conſtans tam acerbe non modò contra veritatẽ, ſed etiam contra omnium ſententiam proſcinderet,neq; ex illis verbis,tam Bartolo (q̃ omniũ ſententia regulariter, quaſi ſemper bene loquitur,& qui omnium iudicio inter Iuris peritos principalem locum ſine controuerſia tenet) q̃ ipſi Baldo tam prauiter obloquenti detrahi exiſtimaui.ſed poſtquàm in illa loca, aliud agens,incidi,Iaſonis,& cæterorum requiſiui diligẽtiam, imò magnam negligentiam mecum accuſaui, quippe q̃ illis in locis Baldus Bartolo nihil detraxit,vel (quod magis mirari poſſis) plurimũ illi tributum voluerit;nã,quantum attinet ad id,quod dicit in conſil.112. vol.2. verba ipſa Baldi reprobantis opinionem quandam Bartoli,quaſi reiectam cõmuniter a Doctorib. antiquis,ſunt huiuſmodi, *Sed rarò benè loquitur,qui contra omnes loquitur*. hæc autem ſententia non magis Bartolũ petit,quàm alium quemlibet, ac tanto minus Bartolum,quàm cæteros, quanto Bartolus à communibus

Source : BIU Cujas

nibus traditionibus recedere ſolet rarius;ea igitur oratione innuitur, non ꝙ Bartolus rarò bene loquatur(quicquid quidam ſomniauerint)ſed quòd in ea ſpecie propterea minus minorum erat illũ (Baldi iudicio) non bene loquutum,ꝙ contra omnium ſententiam fuiſſe loquuntur, quod quidem (meo iudicio)nihil dici potuit in reprehendendo modeſtius,cum nõ tam à Baldo, quàm ab adagio Bartolus reprehenſus videatur. Alio verò in loco,ſeu in conſil.467.volum.4. tantum abeſt, vt Bartolum conuicij cauſa *Doctorellum* appellauerit,vt luce meridiana clarius appareat, eundem honoris cauſa,& per ironiam tali nomine appellatum,ſciedum eſt enim Baldum ingenio fuiſſe acri atq; feruido,& ad iram facili,quod ex lectione omnium à ſe ſcriptorum facile deprehendi poteſt, in dicto autem conſilio aduerſus iudicem valde excandeſcit, quod ex pluribus locis eius reſponſi facile colligitur: primò, authoritatem adducens ſubdit hęc verba, *Scio tuam aſtutam ſapientiam de tanto Doctore non recordari.* & ſtatim ſubdit, *Intelligentib. leges loquor, nam homines groſſi capitis non intelligunt ſubtilia.*& paulo infra, *Et ſi tu ſcis, dicas pur vnum ſenſatum verbum.* paulo poſt differens de l.Bebius.ff.de pact dotal. *Aduerte ne belles, ſicut bellauit ille barillus.*& ante finem conſilij. *Sufficit tibi ſi non intelligis auctoritates Doctorum.* & paulo infra. *Hoc non diceret vnum pecus.*& ſtatim ſubdit.*Contra verboſos noli contendere verbis.* ad propoſitum autem noſtrum, cum Baldus in eodẽ reſponſo firmaſſet quandam concluſionem, ſuper qua(vt inde colligi poteſt)etiam prius apud eundem iudicem ſcripſerat; cumque Iudex parum a Baldo videretur ſuis ſcriptis perſuaſus,ſubdit hęc formalia verba. *Et ſi mihi non credis,crede Iacobo de Beluiſo diſputanti,qui hoc dicit. Et ſi vis diſputationem,mittam eam tibi; Et Bartolo hoc recitanti, & firmanti in lege, ſi cum dotem,in princ. ſolut. matr.*inde ſtatim ſubdit.*Scio tamen quod tanta eſt ſapientia tua,quod nõ curas de iſtis Doctorellis.*ex quibus verbis apparet,Baldum non magis Bartolum reputaſſe Doctorellum quam ſeipſum,& Iacobum de Beluiſo.& perinde illa verba prolata,ac ſi Iacobum & Bartolum maximos Doctores appellaſſet.non ſolum enim Doctoribus,ſed etiam legiſlatoribus ironia vti aliquando licet, vt apparet in l.fratres,C.de inoffic.teſtam.& in l.cum quidam,C.de legat.ineptus tamen quiſpiam, & iudici, ad quem ſcribebat Baldus ſimilibus reſponſis illis præfixit ex more hos verſiculos.

Bartolus rarò bene loquitur.
Bartolus ſecundum Baldum fuit Doctorellus.

& tamen nihil eſt tam contrarium intentioni Baldi, quàm ꝙ ille nebulo ex illis reſponſis elici poſſe iudicauit:vnde fit,vt minus mirer,fabulam de fuſtigatione apud homines increbuiſſe,nam ſi ex ſcriptis Baldi quę quotidie præ manibus habentur,ea inepti homines ſumunt,quę ſunt Iuriſconſultorum Principi ignominioſa, & intentioni ipſius Baldi ſcribentis ex diametro contraria:quanto tãdem ęquius fieri poteſt,ſi in re tam antiqua,& cuius nulla extat in contrarium clara memoria,quilibet pro libidine aliqua ſibi cõfingat? Quanquã & fabula quoque eiuſmodi eſt, vt valdè interdũ mirer,quomodo initium habere potuerit.conſtat.n.contentioni cauſam dediſſe,non negatiuam adiectam,aliàs delatam ex eo textu, qui dicitur à Baldo deprauatus,ſed varietas literę, cum alij Codices haberent,*Venditionem*,alij *Conuentionem*. Cõſtat item eam varietatem ante Baldum ipſum animaduerſam,imò & ante Accurſium;demum cõſtat(Bartolo ipſo & Paulo de Caſtro autorib)fuiſſe contentionem non cum Baldo, ſed cum Franciſco Accurſij:quæ omnia vt magis clareſcant,placet dubium ipſum e cõtextu cuius occaſione Piſas miſſum fuit altius repetere,& veritatem rei ſub oculis ponere. Quæri contingit per noſtrates Doctores,an per contractũ prohiberi poſſit alienatio,ita, vt dominium nõ transferatur, puta poſt contractum contra intentionem celebratum conditione, & Bartolus in l.filiusfamilias. §.diui.ff.de lega.primo,poſt gloſſam, regulariter aſſerit non poſſe,dicit tamen hoc nõ procedere quibuſdam caſib. & inter alios quoties quis pacto appoſito de nõ alienando,reſeruauit ſibi aliquod ius reale in re prohibita alienari, tunc.n.impediri dominij tranſlationem;allegat Bartolus ad probandam hanc exceptionem l.ſi creditor §.finali,digeſtis de diſtrac. pigno.ſed in illo textu duplex eſt litera;dubitatur.n. ſi pactum ſit à creditore habente hypothecam, ne liceat debitori rem hypothecatã vendere; quid iuris ſit? an pactio ſit nulla, ita vt venditio ſecuta valeat?an pactum ita ſit validum, vt venditio ſecuta non teneat? Textus determinans quæſtionem dupliciter legitur;alij enim codices habent,*Nullam eſſe venditionem*, & hãc lecturam tenet Bartolus tam in dicto §.diui,quàm in d §.final & in l.ſi ita quis,ea lege,digeſtis de verborum oblig. & l.ea lege,C.de condictione ob cauſam,& in l.penultim.ff.de pactis,per quam infertur,quòd impeditur dominij tranſlatio,nulla exiſtente venditione,alij Codices habent, *Nullam eße conuentionem*,vel *Nullam eſſe pactionem*.ſecundũ quã literam valebit venditio,& non pactũ de nõ alienãdo,

& ſic

Source : BIU Cujas

& ſic legendo, non impedietur hoc caſu dominij translatio, & hanc opinionem tenuit perpetuo Baldus, inhærens poſteriori literæ, quando ius ſeruatum eſt incompatibile cum translatione domi nij (putà reſeruata ſeruitute) & ante Baldum, & poſt tenuerunt etiam alij plures; vtra autem ſit verior opinio, non interpono nunc iudicium meum, certè varietatem literę ponit gloſſator ipſe, qui plus minus centum annis Baldum anteceſſit: & ex his duo ſuperius annotata colliguntur, Primũ, quòd nulla negatiua (vt vulgò mentiuntur) facit varietatem literæ, ſed verbum, *Venditionem*, vel *conuentionem*. Alterum eſt, quod nemo potuit textum dolo malo deprauare, cum varietas eſſet notiſſima, etiam per multos ac multos annos ante Baldum natum, & ipſi textui adſcripta per Gloſſatorem. Quòd autem contentio ſuper hac quęſtione non fuerit cum Baldo, ſed cum Franciſco Accurſij, teſtatur ipſemet Bartolus, tam in d.l.ea lege, quàm in d.l.ſi creditor, §. fi. aſtipulatur Paulus de Caſtro, in l.ſi merces, §. primo, ff.loca. licet ipſe atteſtetur de Franciſco Tigrini, ſed vter fuerit, quantum ad rem preſentem pertinet, nihil refert; conſtat enim (ipſo Bartolo teſte) quòd non cum Baldo, ſed cum alio fuit contentio; nã, quod Battolus, & Franciſcus eſſent forte ambo Aduocati cõtra Baldum (vt vult diuinare Ioannes Neuizzanus in ſua Silua Nuptiali, lib.v. ne omnino deſit fides fabulæ) videtur mihi ineptiſſimum; non enim ille nominandus erat, quem Bartolus victorię ſociũ habuiſſet, ſed ille de quo triumphaſſet, vt omittam, quod & ſi contra vnum Baldum Bartolus & Franciſcus fuiſſent Aduocati, tam propterea ſequitur, quod Baldus textum illum deprauauerit, quam ex eo quod Menelaus & Agamennon iuncti Troiam expugnauerunt. Si quis autem, vnde tam impudens mendacium occaſionem ſumpſerit, me interroget, non magis illi reſpondere poſſem, quàm ſi quis à me ſciſcitetur, cur extra Ciuitatem noſtram vulgò fermè feratur, Bartolũ nullis ſuperſtitibus filijs maſculis deceſſiſſe, cum tamen duobus filijs relictis, tam ex teſtamento ſuo, quod ego non ſemel inſpexi, quam ex copioſa nepotum prole, quam hodie ſatis florentem, in plures deductam familias in Ciuitate noſtra conſpicimus, hoc mendaciſſimum eſſe mendacium appareat. Eſt omnino quoddam genus hominum, qui vſque adeo mentiendi libidine ducuntur, vt pariter gaudeant, cum & ipſi nihil ſani loquuntur, & his qui talia narrant maxime animum intendunt: atque, vt ad cætera prudentes ſint, mendaciorum tã ſunt ſtudioſiſſimi: ſed nos (quod inſtat in preſenti) Baldi tui nomen à teterrima labe adeo perſpicuè nunc vindicauimus, vt ijs qui defenſionem hanc noſtram vel oſcitanter legerint, quantumuis magna mentiendi cupiditate teneantur, aut neceſſariò os occludatur, aut ſi pergant, ſuam potius cum malignitate ſtoliditatem prędicent, quam vel hylum Baldo detrahere poſſint. Vale, & vtriuſque iuris ſtudijs ita incumbe, vt te noſtræ tempeſtatis homines vnum ex Baldi nepotibus facile agnoſcant: & quanto ad hæc ſtudia quam cæteris ſerius acceſſiſti, tanto etiam cæteros (quod de Accurſio tradunt) antecellere poſſis. Peruſiæ. Kalen. Auguſti. M D LXII.

CANON PRO NVMERIS MARGINALIBVS, & quid hi ſignificent.

Primus numerus Volumen primum commentariorum in Digeſtum Vetus demonſtr. 2. volumen ſecundum in ff. Vetus. 3. Primum & ſecundum in Infortiatum. 4. primum & ſecundum in ff. Nouum. nec non Inſtitutionum libros. ac in Tract. de Pactis. & Conſtituto. 5. Primum volumen in tres priores libros Codicis. 6. Secundum volumen in quartum & quintum Cod. lib. 7. Tertium indicat volumen in lib. 6. Cod. 8. ſeptimum volumen in 7. 8. 9. 10. & 11. Sic enim volumina diuiſimus.

Source : BIU Cujas

INDEX
SERIE ALPHABETICA
CONTEXTVS.

Cæteris alijs hucusque editis, magna ex parte copiosior & ordinatior, ad omnia Baldi ab Vbaldis commentaria.

In libros Digestorum, Codicis, & Institutionum, nec non & in Tract. de pact. & constituto.

6 Abbas potest dare monachum suum, & quem habet in potestate pro obside. in l.3.nu.17. C.de patribus qui filios distrax, fol. 114
7 Abbas potest repudiare hæreditatem monacho delatam in l.bonorum,nu.18.qui admitti. 28
8 Abbas monacho & dominus seruo non tenetur seruare promissa,& quare, in l.interpositas,nu.7. C.de transact. 120
5 Abbas recipiens censum ab emphyteuta non intelligitur confiteri eum emphyteutam,si apparet & res non sit emphyteutica.in l.non idcirco,nu.1.C.de iur. & facti ignor. 74
5 Abbas qui habet priuilegium, vt non conueniatur nisi coram summo Pontifice,si existens in studio emit bladum,vel vinum,conuenitur coram Iudice ordinario loci.in l.vnica,nu.2.C.in quib.caus.milit. 194
6 Abbas si alienauit prædium pro soluenda decima D.Papæ,licet non teneat contractus, quando non fuit interpositum decretum superioris tamen si vult recuperare rem,debet,reddere quale accepit.in l. si prædium,nu. 1.C.de præd.& alijs reb.min. 207
4 Abbas debet ire vestitus melius quam monachus,& monachus quam conuersus,in l.sed si quid,§.sufficit,nu.1.ff.vsufr. 320
5 Abbas cum capitulo,an possit remittere iniuriam factam monacho.in l.præses,nu.14.C.de transf. 120
5 Abbas an possit adire hæreditatem monacho delatam,in l.Deo,nobis,§.hoc etiam,nu.7.C.de epis.& cler. 60
7 Abbas monacho inuito hæreditatem acceptare, vel repudiare non potest, in l.ex repudiatione,nu.3.C.de fideicomm. 153
4 Abbas pro pace obtinenda potest dare Monacho annuam pecuniam,in l. si pater,nu.4.ff.de adop. 39
2 Abbas causam suæ possessionis mutare non potest,nisi Episcopus renũciet suo iuri.in l.cum nemo,nu.1.C.de acq.poss. 21
7 Abbas inuito monacho,non potest petere bonorum possessionem,in l.cum non solum,nu.9 C.de bo.quæ lib. 202
5 Abbas an possit transigere cum monacho,in l.iubemus,nu.3.C.de trãs. 129
5 Abbas depositus remanet monachus, & habet vocem in capitu. in l.si quis nu.2.C.de adu.diuers.iud. 131
3 abbas non tenetur facere sumptus monaco, si coqueratur de Abbate, in l. Imperatores,nu.1.ff.de tut. 39
5 abbas & si non conuertat pannum emptum in vestiendis monachis,tamen tenetur monasterium venditori.in auth.hoc ius.n.20.C.de sac.S.eccl. 27
8 abbas ecclesiæ Perusinæ,an efficiatur ciuis Perusinus.Ang.in l.ciues,nu.2. C.de incol.li.10 270
8 abbas an vendere possit res vnius conuentus sibi subditi. Ang. in l.1.nu.1. C.ne fisc.rem.lib.x. 266
abbas cætera in ver.Monasterium.Monachus.
8 abbati soluens,quod debetur monacho,non liberatur.in l.1.nu.4. C.quib. res iud.non noc. 80
8 abbatem habens potestatem ponendi in monasterio,de suo gremio ponere debet.in l.1.§.si quis argentum.nu.7.C.de donationib. 185
8 abbatissa pro debito monasterij,per Episcopum capi non potest,in l.etiam, nu.12.C.de exeq.rei iud. 72
7 abbreuiatorum testamentorum,an vitiare possint scripturas.in Auth.& sine,nu.5.C.de test. 65
2 ablatiuus casus resoluitur in conditionem.in l.euictis.nu.2. ff.de vsur. 174
6 ablatiui absolute positi an in contractib.faciant modum, vel conditionem. in l.1.nu.10.C.quando lic.ab empt.disced. 117
8 abolitio generalis non impedit quominus crimen obiectum intra triginta dies possit repeti.in l.1.nu.5.C.de generali aboliti. 226
8 abolitio specialis impedit accusationem.in l.1.nu.1.C.de abolitionib. 225
8 abolitio peti potest etiam postquam reus se excusauit.in l.3.nu.1.eo. li.eo. abolitio locum non habet quamuis iudex testes examinare cæpisset.ib.nu.3
8 abolitio concernit processus præsentes,non futuros.in l.2. numero 1.tit. & fol.eod.
8 abolitio generalis, vel priuata,non prodest ei,qui falso quem accusauit,in l. fallaciter.nu.1.C.de calum. 227
8 abolitio debet peti a Iudice causæ,in l.abolitionem, num.2. C.ad leg.Iul.de adult. 214
8 abolitio in criminali non generat præiudicium in ciuili,in l.si docueris,nu. 2.C.de falc. 221
8 abolito qua forma petenda sit,in l.fine,nu.1.C.ad leg.Iul.de adul. 214
8 abolitiones fieri non possunt,nisi de iudicis conscientia.in l.nemo,num.5. de sent. 52
7 abortiuus non rumpit testamentum,in l.2.nu.1.C.de posth.hær.inst. 98
8 absenti potest prouideri de præbenda,in l.1.num.5. C.de petitionib. bon. subl.lib.10 248
5 absentia litigatoris suppletur præsentia Dei & Iudicis, in l.properandum, §.sin autem,nu.4.C.de iud. 178
1 absentia scolastici,respicit publ.vtilitatem, secus mercatoris absentia, quia voluntaria est.in l.inter minores,nu.6.ff.de in integ.rest. 221
8 absentia vnica ratione prouinciæ distinctæ a præscribentis prouincia efficit ad complendam longi temporis præscriptionem & si 20. ann.cursus requiratur,in l.cum in longi,nu.1.C.de præscr.longi temp. 26
3 absentia quando præcedit citationem, citatus non tenetur mittere procuratorem, secus quando citatio præcedit absentiam,in l.si quis,§.& ideo, n. 10.ff.de hær.inst. 81
1 absentia quamuis priuilegium det reo, non tamen elidit actori ius agendi,in l.ius plurib.in add.nu.3.ff.de iust.& iu. 16
1 absentia causa studiorum,est priuilegiata,in l.nec non,nu.1.ff.quib.ex cau. maio. 253
1 absentia vnius reorum non impedit processum contra reliquos, in l.non id circo nu.1.ff.de iud. 278
2 absentia inducit præsumptionem ignorantiæ,in l.verius,n.4.ff.de prob.179
1 absentiæ causarum allegantia potest fieri in qualibet parte processus, in l.liberto,§.litem,nu.1.ff.de neg.gest. 214
absentiæ causas allegans non tenetur satisdare,ibid.nu.2
1 absentiæ tempus omne est restituendum,in l.nec non,§. si quis sæpius,nu. 1.ff.quib.cau.maio. 253
3 absentiæ causa etiam iustissima non impedit missionem ex primo decreto, in l.si quis,§.& ideo,nu.8.ff.de hær.inst. 81
1 absentiæ beneficium est commune maiorib.& minorib.in l.denique,in addit.nu.3.ff.de minorib. 236
5 absentiæ causas allegans an debeat satisdare,in l.exigendi, nu.4.C.de procuratorib. 139
8 absens non tenetur dimittere procuratorem ad litem,in l.3.n.7.C.quomodo & quando iud. 38
2 absens obligari non potest nisi per nuncium vel epistolam, in l.1.nu.2.ff. mand. 107
1 absens ex causa rationabili,& necessaria restituitur,in l.sed & si,§.item inquit,nu.2.ff.quib.ex cau.maio. 253
6 absens habetur pro confessio ficut præsens monitus, in l.generaliter,§.his, de præsentibus,nu.1.C.de reb.cred. 6
5 absens an perdat dominium aliquo modo,in l.nullo iusto,num.1.C.de rei vend.
7 absens damnatus ad mortem,non efficitur seruus supplicij,in l.j.nu.41.C. de hær.inst. 70
3 absens causa Reipubl. habet annum post reuersionem, vt non vocetur ad tutel.in l.non solum,nu.1.ff.de excus.tut. 32
1 absens restituitur contra præsentem non solum in præscriptione, sed etiam in processu.in l.si is qui.nu.1.ff.quib.ex cau.maio. 254
1 absens quot modis dicatur.in l.præsens.nu.1.ff.de proc. 184
6 absens nominatus consentiendo,an obligetur.in auth.si quando, nu.6.C. de const.pecun. 34
5 absens a longe æquiparatur mortuo,in l.mater tua,nu.18. C.de rei vendicatione. 213
8 absens præsentem per procuratorem accusare non potest in crimine capitali,in l.accusationis,nu.1. C.de accus. 211
1 absens citatus ratione contumaciæ an habeatur pro confesso.in l.1.§.hoc iudicium,nu.6.ff.si quis ius dicen. 86
8 absens in causis capitalibus non debet diffinitiue damnari,sed eius bona annotari,&c.l.1.in prin.C.de requi.reis. 224
1 absens ex necessaria,& probabili causa,restituitur aduersus defectum conditionis,in l.si quis Titius,nu.1.ff.quib.ex cau.maio. 255
1 absens qui dimisit procuratorem, non restituitur contra præsentem qui rẽ suam præscripsit in l.si is,in addit.nu.1.ff.quib.ex cau.maio. 254
8 absens vltima die,an sit citandus ad sententiam audiendam,in auth. ei qui, nu.4.C.de temp.app. 103
4 absens reipub.causa durante absentia excusatur ab inchoata tutela, in §. itẽ qui,nu.1.Instit.de excus.tut. 17
4 absens & ignorans an consentire videantur,in §.sed si pater,nu.2.Inst.quib. mod.ius patr.potest sol. 10
3 absens debet procuratorem dimittere in actibus necessarijs,in voluntarijs vero actibus non tenetur dimittere procuratorem,in l.Antonius,nu.2. ff.de acq.hæred. 117
1 absens quo casu sit magis priuilegiatus quam minor,in l.si qua,n.1.ff.quib. ex caus.maio. 255
1 absens probare non tenetur impedimẽtum tempestatis, sed iuramento suo creditur inspecta conditione personæ,in l.non exigimus,in add.nu.4.ff. si quis caut. 107
3 absens non contumaciter, sed per casum, non est ita adstringendus ad terminum,vel diem adiectam in edicto,in l.si quis,§.& ideo, n.2.ff.de hær. instituen. 81
5 absenti causa reipub.non currit statutum de dolo,in l.non possunt,num.5. C.de dolo malo. 149

Absen-

Source : BIU Cujas

Index in Commentaria Bald.

2 Absenti ex sui culpa succurrendum est, in l. diuus Antoninus, num. 3. ff. de in integ. rest. 219
8 Absenti ecclesiæ potest quis bona sua concedere circa vltimam voluntatem l. 1. cu. 6. C. de pet. bon. subli. lib. 10. 248
Absenti ecclesiæ per modum voti potest quis concedere bona sua. ibidem, num. 7.
1 Absenti condemnato qualiter succurratur. in l. diuus. in 3. lect. nu. 7. ff. de in integ. rest. 220
8 Absentes aduersus non potest procedi in causa capitali, nisi per annotationem bonorum. in l. absentem. in prin. C. de accus. 207
6 Absentes quot modis contrahere possint. in l. nihil. num. 1. C. si quis alte, vel sibi. 126
8 absentes an possint damnari de crimine. in l. nemo carcerem, nu. 9. C. de exactio. tribut. lib. 10. 252
8 absentes ex necessaria causa, qui dicantur, in l. cum non. nu. 1. C. quomodo & quando iud. 45
1 abesse vere quis dicatur causa Reipub. in l. non vere. nu. 1. ff. quib. ex caus. maio. 255
8 absolutio vnica, an sufficiat in plurib. pœnis. in l. 2. nu. 8. C. vt intra cert. tempo. &c. 226
a absolutio vna sufficit ad plures excommunicationes, in l. si fratres. nu. 18. ff. pro socio. 125
6 absolutio vna sufficit, quando ex vno facto descendunt plures excommunicationes. in l. si libertam, nu. 4. C. de nup. 190
1 absolutio tacita, an valeat. in l. quid tamen, §. si arbiter. numero primo. ff. de recep. arb. 262
6 absolutio Episcopi, quib. casib. non est necessaria. s. in iuramentis prestitis. in l. si ad excludendam, nu. 9 C. de reb. cred. 4
1 absolutus ab obseruatione iudicij quia soluit, non potest conueniri prima actione. in l. si oleum. §. etsi. nu. 1. ff. de dolo. 232
5 absolutus in primo iudio non repellit agentem tanquam alia persona in l. 3. nu. 2. C. de pet. hær. 212
2 absolutus vt principalis potest conueniri vt hæres, in l. si duo. §. Idem Iulianus. nu. 2. ff. de iureiu. 46
6 absolutus inique a iudice, an possit denunciari Ecclesiæ, in auth. ad hæc. num. 44. C. de usur. 90
5 absolutus siue liberatus naturaliter potest condicere instrumentum. in l. si ex quocunque, nu. 1. C. ad exhib. 247
3 absolutus a foro Episcopi a iuramento, non intelligitur propterea absolutus ab obligationis vinculo, vel contractu. in l. hæc scriptura. nu. 2. ff. de condit. & demon. 163
1 absolutus semel, dicitur in perpetuum absolutus. in l. qui liberatus. num. 4. ff. de adopt. 39
5 absolutus per præscriptionem si soluat, an repetat, in l. cum quis. nu. 15. C. de iuris & facti ignor. 74
absolutus per sententiam, si soluat, an repetat, ibid. nu. 17 75
6 absolutus semel, vel exemptus a banno non potest iterato absolui vel eximi. in l. cum ancillam. nu. 4 C. de cond. ob caus. 15
1 absoluere, an sit meri imperij. in l. imperium. nu. 10. ff. de iurisdictio. omn. iudic. 73
1 absoluere is potest, qui potest & condemnare. in l. 1. nu. 7. ff de his qui not. infam. 171
4 abstinens se ab hæreditate paterna, potest obtinere fraternam. in l. si pupillus. nu. 1. ff de acq. hær. 114
3 abstinendi beneficium facit de suo, & necessario, voluntarium hæredem. in l. si filius. nu. 1. ff. de vulg. & pup. 93
7 absurditas cessare debet in testamentis. in l. 2. numero 1. C. de conditionibus insert. 163
2 acceptans literas sibi directas, si non contradicit, consentire videtur. in l. filius fam. nu. 1. ff. ad S. C. Maced. 98
3 acceptatio primi, non est exclusio secundi. in l. cum sub hac. nu. 2. ff. de cond. & demonstr. 166
7 acceptare qui non vult verba aduersarij, ex illis non potest se iuuare. in l. suus, nu. 2. C. de repud. hær. 112
1 acceptilatio etronea perimit ipso iure veterem obligationem, in l. si cum te. uu. 5. ff. de pac. 158
8 acceptilatio inutilis; ratione rei vel solennitatis omisse, an valeat, vt nudum pactum. in l. 3. nu. 3 C. de accep. 166
8 acceptilatio facta ex causa donationis, omnem viam agendi perimit. in l. 2. in prin. C. eo. tit. eod.
1 acceptilatio inutilis, & pactum simplex iudicantur a pari. in l. si vnus. §. si acceptilatio. nu. 1. ff. de pact. 149
2 acceptilatio in contractu resoluendo non habet propriam naturam, sed naturam simplicis pacti. in l. cum emptos. nu. 2. ff. de rescin. vend. 137
8 acceptilatio quæ non tenuit, obligationis vinculum non dissoluit. in l. 5. num. 1. C. de accept. 166
acceptilatio solemnis tollit ciuilem, & naturalem obligationem. ibi
acceptilatio facta a minore minus solemniter, nullum, vinculum dissoluit, ibid. num. 2
acceptilatio est imaginaria solutio. ibid. nu. 4.
4 acceptilatio quæ peccat ratione rei super qua ponitur, quare valeat vi pacti, quæ autem peccat ratione conceptionis nullo modo valet. in §. item, num. 2. Insti. quib. mod. toll. obl. 39
3 acceptilatio potest fieri causa mortis. in l. si mulier. numero. 1. ff. de. leg. 3. 161
1 acceptilatio interposita per modum liberalitatis non debet extendi supra consensum partium. in l. cum Aquiliana. nu. 2. ff. de transs. 161
8 acceptilatio quando verbis tollitur, tollit obligationem ipso iur. in l. si inter. nu. 2. C. de sol. 165
4 acceptilatio vel solutio facta pendente conditione debiti, retro fingit liberationem esse quæsitam, si conditio existit. in l. sub conditione. nu. 1. ff. de solutionibus. 36
1 acceptilatio, an per alteram tolli possit. in l. si vnus, §. pactus, in 2. lect. nu. 21. ff. de pact. 146
8 acceptilatio est imaginaria solutio. in l. non absolulit. nu 4. C. de nouat 164
5 acceptilatio an dicatur esse vinculum, vel quid aliud. in l. vbi pactum. nu. 3. C. de transa. 127
6 acceptilatio nihil valet super obligatione inani. in l. senatusc. num. 2. C ad S. C. Vell. 76
1 acceptilatio & stipulatio quædam est liberatoria, quæ non potest dirigi in dominum absentem. in l. rescriptū. §. si pacto. in add. nu. 1. ff. de pact. 139
3 acceptilatio potest fieri causa mortis. in l. si mulier. nu 1. ff. de leg. 3 161
5 acceptilatio ex causa transactionis an valeat super sententia. in l. si causa. num. 5. C. de transs. 126
4 acceptilatione tolluntur etiam quæ alia de causa quam verbis debentur. in §. sed & id. nu. 1. instit. quib. mod. toll. oblig. 39
6 accessiones intrinsecæ dicuntur restitui non autem accessiones extrinsecæ. in l. vnica. §. cum autem. nu. 5. C. de rei vxor. act. 196
6 accessiones quæ sint, quæ dotem augeant, & quę non. in l. vnica. §. cumque. num. 1. C. de rei vxor. act. eo.
3 accessiones etiam sine mora, veniunt in legato vniuersali; in legato vero speciali, si erat testatoris, veniunt fructus ex die aditæ hæreditatis. in l. grege. nu. 1. ff. de leg. 1 128
6 accessiones quæ veniant ex cursu biennij, in præstationis dotis. in l. cum quidam. §. præterea. nu. 2. C. de iure dot. 187
6 accessiones in vniuersalibus veniunt iure actionis. in l. cum quidam. §. præterea. nu. 7. C. de iu. dot. eod.
accessiones naturales sicut ante matrimonium perceptæ augent dotem, ita & post matrimonium solutum. ibid. nu. 9
accessiones, cætera in voce, Vsuræ
5 accessorium an aliquando valeat absque principal. in l. non dubium. num. 22. & 23. C. de legib. 66
4 accessorium extinguitur sine principali. in l. Stichum, §. si mandato. nu. 2. ff. de solut. 40
6 accessorium non potest oriri ante principale. in l. vbi adhuc. nu. 3. C. de iure dot. 149
1 accessorium sequitur principale, in l. 1. §. in initio. n. 4. ff. de off. præf. vrba. 53
5 accessorium in criminalib. quo ad accusationem a principali non dependet. in l. transigere. nu. 38. C. de transs. 123
6 accessorium immediate sequitur suum principale in l. cum per liberam. nu. 1. C. per quas perso. nob. acq. 74
1 accessorium non tollit principale. in l. Labeo. §. sed etiam. in addi. nu. 2. ff. de pact. 129
1 accessorium non vitiat principale, in l. quid tamen. in addi. nu. 2. ff. de recc. arbit. 262
5 accessorium non vestit aliud accessoriū, in l. petens, nu 12. C. de pactis. 111
1 accessorium, resciſſo principali, dicitur rescisum. in l. si cum, §. arbitrium, num. 5. ff. quod met. causa. 227
4 accessorium, quando est plenius principali, nunquam confunditur. in l. generaliter, nu. 3. ff. de fideiuss. 30
2 accessoriū ante principale peti nō potest, & pactum disponens super principali disponit ét super accessorio, in l. lecta, nu. 3. ff. si cert. petatur. 25
1 accessorium inutile non vitiat principale. in l. Pedius. in add. nu. 5. ff. de recep. arb. 257
3 accessorium est diuersæ naturæ a principali. in l. non quocunque, §. fundus, nu. 1. ff. de leg. 1 137
6 accessorium, licet non vestiat principale, probat tamen illud esse verum, in l. 2. nu. 2. C. de dot. promis. 173
4 accessorium aliquando non trahit ad se principale. in l. si finita. §. ex hoc. num. 2. ff. de damno infec. 7
8 accessorium non tollit aliud accessorium, in l. vnica. nu. 41. C. de his quæ pœnæ nomi. 140
6 accessorium, non nunquam corrumpit principale, scilicet ipsum extenuā do in l. 1. nu. 1. C. de pign. act. 67
4 accessorium indebite solutum extenuat principale. in l. creditor. §. Titius. num. 3. ff. de solu. 41
6 accessorio destructo non tamen destruitur principale. in l. 2. num. 4. C. de probat. 35
6 accessoria non tolluntur per simplicem prorogationem, in l. tam mandatori nu 9. C. de non num. pec. 82
5 accessoria iudicij an veniant in omni iudicio tacite, in rep. l. edita. num. 67 de edend. 92
5 accessoria tacito iure accedunt. in rep. l. edita. nu. 36. & 37. C. de eden. 93
5 accessoria an veniam in libello, licet non sint petita. in l. edita. num. 27. C. de edend. 89
accessoria sufficit generaliter peti in libello, vt peto rem cum pertinentijs ibid. num. 28.
6 accessoria actionis, vel rei, veniunt sine specifica petitione. in l. cum propria, nu. 5. C. si quis alte. vel sibi. 124.
2 accidentalia sunt præter naturam, naturalia vero secundum naturam, in l. pacta. §. Papin. nu. 4. ff. de contrah. emp. 134
3 Accrescendi ius quod competit instituto, transfertur in substitutum, in l cum ex filio. §. quidam, nu. 5. ff. de vulg. & pup. 98
6 accrescendi ius non habet locum in dispositionibus limitatis. in l. 1. nu. 26. C. de secun. nup. 164
6 acquisitio quotiescunque non concernit ius hæreditarium, vel corpus hęreditarium, sed aliquid abstractum, seu separatum ab ipsis, non requiritur aditio hæreditatis. in l. generaliter. §. in his nu. 3. C. de secundis nupt. 169.
3 acquisitio est duplex, transiens & permanens in l. placet. nu. 2. ff. de acq. hęred. 117
3 accusans aliquem de voluntate tertij hoc expresso, non videtur accusare, vt procurator, in l. post dotem. in repet. nu. 6. ff. sol. mat. 16
accusans de percussione cumiense, & probans cum mannaria, vel alio instrumenti genere, quod succumbit in l. si is cui. num. 1. ff. quemadmod. serui. amit. 315
6 accusans de falso nisi probet, pari pœna punitur. in l. iubemus. num. 1. C. de probat. 44

Source : BIU Cujas

Index in Commentaria Bald.

7 Accusans falso, pœna legis Rhemiæ est puniendus, in l. quicunque. nu. 31 C. de seruis fugit. 6
8 accusans per calumniam ad alterius instantiam, punitur pœna falsi delatoris. in l. nostri, num. 1. C. de calumniatorib. 227
8 accusans & non probans punitur pœna talionis de calumnia, in l. 1. num. 2. C. de aduoc. diuers. iud. 131
7 accusans & non probans, punitur similitudine pœnæ. in l. si quis ad se. nu. 6. C. ad leg. Iul. de vi pub. 217
8 accusans aliquem de hæresi, an pœnitere possit. in l. accusationis, num. 3. C. de accusationib. 211
8 accusans de adulterio tenetur cauere domino de damno seruorum emergente per torturam in casu absolutionis, in l. 3. nu. 3. & 7. C. ad leg. Iul. de adult. 213
3 accusare non potest turpis turpem, quapropter leno nil improbat meretrici. in l. cum mulier, nu. 5. ff. solu. matr. 18
6 accusare de furto quilibet de populo non potest. in l. vnica, num. 39. C. ex delicto defunct. 33
5 accusare nemo cogitur inuitus, in l. vnica, nu. 1. & seq. C. vt nemo in vit. agere, vel accus. 183
1 accusare non dicitur, qui retorquet crimen in accusatorem, in l. libertus, in 2. add. nu. 1. ff. de in ius voc. 90
1 accusare vnum plures in *vno libello* quo casu possit. in l. si quis. §. vnius, nu. 2. ff. de procur. 189
8 accusare qui repellantur, & qui admittantur, in l. seruum, nu. 2. & seq. C. de delatorib. *lib. 10* 248
8 accusare *volentis tria* sunt in libelli exordio necessaria, & quæ. in l. qui crimen, *nu. 1.* C. de ijs qui accus. non poss. 193
8 *accusare* quilibet potest, dummodo sit persona habilis. in rub. C. de ijs qui accus. non poss. nu 2 187
1 accusari plures an simul possint. in l. item. Mella. §. sed si plures, nu. 1. ff. ad leg. Aquil. 333
1 accusari an plures possint in vno libello, in l. item Mella. in add. nu. 3. ff. ad leg. Aquil. 334
8 accusandi ius dicitur perpetuum, in l. 1. nu. 1. C. de calumniat. 228
8 accusatio secunda si est maior quàm prima, & præiudicialis, prius debet procedi in secunda, quam in prima, in l. 1. in princi. C. de ijs qui accus. non poss. 188
